



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ
propositiones, & alia

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 2. Quinam sunt effectus Sacramenti Extremæ-Unctionis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40817

230 TRACTATUS VII.

tus, & à fiducia etiam, si possit, divina misericordia deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vita perspicit: Quæ quidem verba hujus Sacramenti necessitatem satis declarant.

Quest. 2. Quinam sunt effectus Sacramenti Extremæ-Uctionis?

Resp. Explicantur, ut ait Concilium Tridentinum, per hæc beati Jacobi verba. *Oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei.* Hinc constat, duos esse principales hujus Sacramenti effectus, alterum ad corpus, alterum ad animam pertinentes.

Quest. 3. Quinam sunt effectus pertinentes ad corpus?

Sess. 14. cap.
2.
S. Tho. in 4.
sent. dist. 23.
q. 1. art. 2.
in resp. ad
2. quest.

Resp. Sanitatem corporis interdum, ubi salutem animæ expeditur consequitur agrotus, ut ait Concilium Tridentinum. Et Divus Thomas ait: *Sicut ablutio Baptismi habet effectum corporalis abluitionis, quia etiam corporalem mundationem facit: Ita etiam Extrema-Uctio habet effectum corporalis medicationis, scilicet corporalem sanationem. . . . Sed hæc est differentia, quia corporalis ablutio ex ipsa naturali proprietate elementi facit corporalem mundationem, & ideo semper eam facit. Sed Extrema-Uctio non facit corporalem sanationem ex proprietate naturali materia, sed ex virtute divina qua operatur rationaliter. Et quia ratio operans nunquam inducit secundarium effectum, nisi secundum quod expedit ad principalem: ideo ex hoc Sacramento non sequitur corporalis sanatio semper, sed quando expedit ad spiritualem sanationem: & tunc semper eam inducit, dummodo non sit impedimentum ex parte recipientis.*